



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiaē, 1697

Cap. XVIII. De Deposito.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

gentium, quia hoc jus potius est & magis principale. l. filio 29. de liber. & posthum. Wefenb. in parat. ff. de pact. num. 9. vers. dicuntur tamen, ubi exemplificat in contrariis.

Limita, nisi actus talis totam formam à jure civili mutuetur. l. 6. de pact. Exemplum limitationis est in adoptionibus: licet enim hæ gentibus quoque fuerint usurpatæ, tamen quia specialem formam & solennitatem à jure civili nactæ sint, ut actus legitimi juris civilis dicuntur. l. 3. de officio Procons. Wefenb. in parat. ff. de adopt. num. 2.

Limita 2. quod actus sapientissime denominentur ab objecto, ubi scilicet objectum potentius est quam forma. Vide supra lib. 1. cap. 25. ax. 36. Semper enim ex eo, quod maximas partes continet, latissimèque funditur, tota res appellatur: Sic dicimus aliquem hilare vivere, licet semel tristior factus sit. Sic, verbi causa, M. Crassus, quem semel in vita risisse Lucilius ait, non effugit, quo minus *divellatus* vocaretur. Cicero l. 5. de finib. Idem lib. 5. Tuscul. 99. colum. 264. quætuosa mercatura, fructuosa aratio dicitur, non si altera semper omni damno, altera omnis tempestatis calamitate semper vacet, sed si multò majore ex parte extat in utraque felicitas: Sic vita non solum si undique referta bonis est, sed multò majore & graviore ex parte bona propendent, beata rectè dici potest.]

II.

DENOMINATIO sæpe probat qualitatem rei, D. Barbosa in l. cum Prætor. 12. §. ultim. num. 243. ff. de judic. & ideo contractus talis præsumitur, qualis fuit denominatus, Honded. conf. 35. n. 4. lib. 2. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præf. 1. n. 2. Ant. Monach. Florent. decis. 51. num. 5.

III.

DENOMINATIO diversa significat res esse in substantia diversas, l. si idem 7. C. d. codicill. Paris. conf. 110. n. 45. lib. 1. Cravett. conf. 6. n. 1.

CAP. XVI.

De Denunciatione vide supra delegatio. infr. Notificatio.

Axioma I.

Denunciationem & interpellationem semel fieri sufficit. l. Titia Sejo 87. §. usuras 1. de leg. 2. l. transgressus 23. de O. & A. v. Treutler. 2. Disp. 1. ib. §. lit. G.

Declarationis loco nota, denunciationem fi-

eri ad finem duplicem; vel ob certificationem, vel ad implendam solennitatem. De priore casu vera est regula, per dd. text. In posteriore tot denunciationes præstandæ, quot à Lege requiruntur. l. 4. de pign. act. ubi vid. Anton. Fab. in rat. decid. junct. l. 3. §. 1. C. de jure domin. imper. & ita solennis denunciatio magnum habet effectum, tum in contractibus, d. l. 4. l. 1. §. 3. de pign. & com. rei vend. tum in delictis. Exempl. auth. Si quis post l. 30. C. de Adult. Porro de vocis hujus ambiguitate consule post veteres Ummium disp. XI. de processibus. n. 14. Renneman. disp. de abusib. cap. 5. Zanger. part. 2. de except. cap. 2. Cabalin. §. 3. de Eviction. n. 21. N. c. Burgund. Com. de Eviction. cap. 57.

II.

Quoties denunciatio rem esse alienam sit ante contractum, toties impedit usucapionem l. 17. C. de R. V. quia denunciatio malam fidem inducit. Ita ergo si Dominus denunciaverit emtori, ne emeret, emtor usucapere non poterit.

De denunciatione Litis vid. LITIS DENUNCIATIO.

CAP. XVII. De Deo.

Omnia in laudem Dei fiant. cap. 1. de Officio Custod.

CAP. XVIII. De Deposito.

Axioma I.

Quoties depositarius deponentem occasione ipsius depositi obligatum habet, toties conceditur depositi retentio.

Ratio: quicquid contrario judicio peti & obtineri potest, illud etiam per retentionem servari potest ab illo, qui directo judicio convenitur. l. 18. §. fin. ff. Commod. poterit igitur retineri ob impensas quas fecit, ne res deposita in manus hostium deveniret. Non item ob debitum, quod antehac obligatus fuit deponens, uti intelligenda l. ult. C. Commod. conf. Vinn. in select. Jur. question. l. 1. c. 51. nisi de hoc in specie etiam conventum. Mev. P. 2. dec. 55.

II.

Depositum habet executionem paratam, Rol. à Valle conf. 4. n. 4. vol. 4. nec ei potest obijci exceptio non numeratæ pecuniæ. Bald. in l. 13. C. de non num. pec.

CAP. XIX. De Derelictione.

Axioma I.

Ubiunque non est libera voluntas rem non amplius habendi, ibi res non est pro derelicto habita.

Ratio: quia in his, quæ quis ex necessitate facit, nemo præsumitur liberalis. l. rem legatam 18. ff. de adm. & transfer. legat. ut dominium sine animo